Quelle: https://manuscripta.at/?ID=5026
Copyright: CC BY 4.0 <img
src="https://manuscripta.at/styles/icon_cc_by.png">



filij eorum ararum suarum et locorum suo
rum lignorumque frondentium in mon
tibus excelsis sanctificatis in agro
fortitudinis tui et omnes thesauros
tuos in direptionem dabo excelsa tua
propter peccata in omnibus finibus
tuis et relinquaris sola ab hereditate
tua quam dedi tibi et seruiere fa
ciam inimicis tuis in terra quam igno
ras Quoniam ignis succensus est in furore
meo usque in eternum ardebit hec
dicit dominus maledictus homo qui
confidit in homine et ponit carnem
brachium suum et a domino recedit cor
eius erit enim quasi myrice in deserto
non videbit cum venerit bonum sed
habitabit in siccitate in deserto in
terra salsugineis et non habitabilis Be
nedictus vir qui confidit in domino
et erit dominus fiducia eius et erit qua
si lignum quod transplantatur super
aquam quod ad humorem mittit radices
suas et non timebit cum venerit estus
et erit folium eius viride et in tempore
pestilentiae non erit sollicitum nec
aliquando desinet facere fructum pra
uum est cor omnis et inscrutabile quis
cognoscet illud Ego dominus scru
tans cor et probans renes qui
do vnicuique iuxta viam suam et iuxta
fructum adinuentionum suarum Perdix
fouit quod non peperit Fecit diuitias
ab et non iniuriose In dimidio di
erum eorum derelinquet eas et in
nouissimo suo erit insipiens Sa
lus gloriae altitudinis a principio
loci sanctificationis nostre expectatio
israhel Domine omnes qui te de
reliquerunt confundentur recedentes
a te in terra scribentur quoniam dere
liquerunt venam aquarum viuentium
dominum Sana me domine et sana
bor saluum me fac et saluus ero quo
niam laus mea tu es Ecce ipse di
cit ad me Vbi est verbum domini
veniat Et ego non sum turbatus
te pastore sequens et diem homi
nis non desideraui Tu scis quod egre
ssum de labiis meis rectum
in conspectu tuo fuit Non sis mihi
in formidinem spes mea tu in die
afflictionis Confundantur qui me
persequuntur et non confundar ego pa
ueant illi et non paueam ego induc
super eos diem afflictionis et du
plici contritione contere eos Hec dicit
dominus ad me Vade et sta in porta fi
liorum populi tui per quam ingredun
tur reges iuda et egrediuntur et in omnibus
portis iherusalem et dicetis ad eos
Audite uerbum domini reges iuda et om
nis iudea uniuersi habitatores ihe
rusalem qui ingredimini per por
tas istas Hec dicit dominus Cus
todite animas vestras et nolite por
tare pondera in die sabbati nec
inferatis per portas iherusalem
et nolite educere onera de domibus
vestris in die sabati et omne opus
non facietis Sanctificate diem sab
bati sicut preceptum patribus uestris
Et non audierunt nec inclinauerunt
aures suas Induraueruntque ceruicem
suam ne audirent me et ne acciperent
disciplinam Et erit si audieritis me
dicit dominus ut non inferatis
onera per portas ciuitatis huius in die
sabbati et si sanctificauerit diem
sabbati ne faciatis in ea omne opus
ingredientur per portas ciuitatis huius
reges et principes sedentes super
solium dauid et ascendentes in cur
ribus et equis ipse et principes eo
rum iuda uiri iuda et habitatores